

3109

LITURGICI

3110

um signis zodiaci, et laboribus rusticis ornatum, qui manifeste *Belgium* respiciunt. In hoc *Calendario aurati Vincentius* mart. *Amandus* ep. *Bonifacius* ep. *Egidius* ab. *Remigius* ep. *Dionysius* ep. *Donatianus* ep. *Clemens* papa, *Nicbasius* ep. Sequitur *Speculum*, five examen *Conscientie*, Officium Angeli Custodis, Preces variae ad *Christum*, Officium de Passione duplex cum Precibus variis, Officium de Corpore *Christi*, de S. Spiritu, Missa de B. V. *Maria*, Initia IV. Evangeliorum, Officium de B. V. Psalmi de Poenitentia cum Litanis OO. SS. Orationes variae, Psalterium dictum *Hieronymi*, Officium Defunctorum, et Commemorationes variorum Coelitum. Corio Thecae argento munitae characteribus impressum: *Jobannes guillebert ob laudem christi librum hunc recte ligauit*. Est is porro inclusus capsulae holoserico violaceo testae, cujus una pagina nomen Jesu, altera Passionis instrumenta filo aureo depicta refert; quod semel monuisse sufficiat; neque enim in cognoscendis *Codicum* indumentis Lectori erudito quidquam repositum est.

DCCCLXXIII.

963 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 167. 4. eleganter et luculente scriptus, literis initiorum et marginibus omnibus auro, coloribusque floridus, et picturis XI. grandibus decoratus *Horarium* est, cui sequentia in-

sunt: *Calendarium* lingua gallica, a quo *Januarius* excidit, et in quo aurei visuntur 9. Maji *Saint nicobolas* videlicet ejus Translatio, 19. Jun. *Saint geruais et protbais*. 25. *Saint eloy*. 3. Jul. *Saint marcial*. 4. *Saint martin*, nempe Translatio. 25. Aug. *Saint loys Roy*. 9. Sept. *Saint denis*. 23. Oct. *Saint romain*. 23. Nov. *Saint cliement*. Evangelia IV. Horae de B. V. M. Psalmi Poenitentiales cum Litanis OO. SS. quae Sanctis gallicis abundant, Horae de Cruce, de S. Spiritu, et Vigiliae Defunctorum, ante quas iterum cadaver sacco tantummodo indutum in terram demitti conspicitur. A fol. 13. et seqq. Natales quorundam Infantum illustrium marginibus adscripti erant Sec. XVII. Verum inconsulta manus ita membranas adrasit, ut praeter nomina gentilitia *Mortmain*, *Tavannes*, *la Tour* vix quidquam extundas.

DCCCLXXIV.

Codex membraneus lat. Sec. 958 XV. Folior. 145. 4. caractere crasso perscriptum, literis initiorum, et marginibus florulentis deauratis, picturisque, et Iconibus XIII. grandibus vitae Christi mysteria referentibus ornatus *Horarium* est, cui insunt: *Calendarium*, IV. Evangeliorum *Πεγμοποι*, Horae B. V. ad usum bis. (untinum?) Horae de Cruce, de S. Spiritu, Psalmi de Poenitentia cum Litanis OO. SS. demum Mortuorum Vigiliae. *Calendarium* 17. Jan. *Antonium beremitam*,  
22.